SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Książnica
Kopernikańska
w Toruniu
SCHULPROGRAMME

Friedrich-Wilhelms-Gymnasium

zu

GREIFFENBERG IN POMMERN.

XII.

OSTERN 1864.

INHALT:

1. Livii Andronici Odyssiae reliquiae ex recensione Ottomari Guentheri.
2. Schulnachrichten von dem Director.

Druck von F. Hessenland in Stettin.

SPRAWOZDANIA SZKOLNE
Księgozbiór
Kujawsko-Pomorskiej
w Toruniu
CYFROWY PRODUKT NAUKOWY

LIVII ANDRONICI

ODYSSIAE

RELIQUIAE

EX RECENSIONE

OTTOMARI GUENTHERI.

SEDINI
FORMIS F. HESSENLANDI
MDCCCLXIII.

LIVII ANDRONICI

ODYSSIAE

RELIQUIAE

EX RECENSIONE

OTTOMARI GUENTHERI

LIPSIAE
FORMIS B. TEUBNERI
MDCCCLXIII

LIVII ANDRONICI
EX ODYSSIA FRAGMENTA.

Postquam Ritschelius primus in indice scholarum universitatis Bonnensis per semestre aestivum anni h. s. quinquagesimi secundi habendarum, quo solet acumine fluctuantes ante de versu Saturnio sententias ad constantem legem atque regulam revocavit, certaverunt quasi viri doctissimi monumentorum exempla, invitis ipsis in unam alteramve formam antea coacta, indagatae normae constantiae subdere, nec non ex veterum scriptis sat largam Saturniorum messem peragere, quos sua sponte constanti regulae adaptarent. Atque ut hac quidem in opera rem suam unanimi consensu et ingeniose gessisse censendi sunt viri doctissimi, et quas Ritschelius concessit numero Saturnio licentias in commodum suum convertisse, ita Vahleno quoque, poetae usum ex ipsis reliquiis sciscitanti, qui huic formae obstinate refragaretur ex Naevii bello Punico versiculus nullus occurrit. Licet vero haec ipsa facilitas, qua qui adhuc numero Saturnio repugnarent versiculi in novam formam rediguntur, legibus ex certissimo verae doctrinae fonte erutis veritatis fidem vindicare videatur, tamen, nec qui palam has ipsas leges aversarentur defuerunt, nec qui se de regulae veritate dubitare profiterentur, quam non tam demonstrasse quam significasse Ritschelius dicendus sit. Cujus quidem demonstrationem atque probationem, in aliam tum opportunitatem dilatam, frustra sane adhuc quaesiveris; sed quum leges a se constitutas veras esse nemo inter priores demonstraverit, nec Hermannus aut Niebuhrius, nec Muellerus aut alii, acquiescamus oportet in Ritschelii de versu Saturnio sententia, quam solam firmo fundamento innisam esse omnes consentiunt, neglectis prioribus, quos a poetarum fragmentis, Penthei instar nonnunquam truncatis, exorsos praepostere perrexisse ad versuum Saturniorum legem eruendam cum Ritschelio persuasum habemus. Quapropter multum etiam abest, ut, quod Ritschelius nescio qua causa adhuc intactum reliquit negotium satis lubricum temere suscipiam; confirmandae sententiae argumenta quum quotquot Ritschelii vestigia secuti sunt, ex ipsa facilitate intellexerim petiisse, qua quae huic versuum generi adstricta fuisse carminum fragmenta scimus, indagatae normae adaptentur,

est sane quod mireris, cur nemo adhuc ex Odyssia a Livio Andronico conversa novum stabiliendae sententiae argumentum desumpserit. — Neque rara illa fragmenta, quae etiamnunc extant ex Odyssiae interpretatione non tanta facilitate mutandique modestia, quas e monumentorum exemplis Ritschelius eruit, versus legibus atque licentiis quasi sua sponte sese subdunt, ut nisi his ipsis adhibitis atque admissis justos Saturnios reconcinnare impar videretur. Quare omissis paulisper, quaecunque de hoc Livii carmine praeterea videntur expromenda, pro consilio nostro satis habemus, haec fragmenta ita percensere ut adnotatione duplici addita, altera grammaticorum verba exhibeamus, quorum cura paucissimae illae reliquiae servatae sunt, altera criticum apparatum, quo benevoli lectoris commodis consulatur.

FRAGMENTA.

I.

Virúm mihí Caména-ínsecé versútum.

II.

Patér nostér, Satúrni-fílie .' . .' .

III.

Meá puerá quid vérbi ex-túô óre súpera fúgit?

IV.

Meá puér quid vérbi — éx tuo óre audívi?

V.

5. Nequé tam téd oblítus — súm, Laértie nóster.

I Gellius XVIII, 9, 5. H. Ego arbitror et a M. Catone „insecenda" et a Q. Ennio „insece" scriptum sine u littera. Offendi enim in bibliotheca Patrensi librum verae vetustatis Livii Andronici, qui inscriptus est *Ὀδύσσεια*, in quo erat versus primus cum hoc verbo, sine u littera e. q. s. II. Priscian VII, p. 305 H. Alia vero omnia in us desinentia masculina seu feminina conversa us in e faciunt vocativum. Excipitur unum, quod tam in e quam in i facit vocativum, quamvis sit appellativum, o filie et o fili. Livius Andronicus in Odissia e. q. s. III. Priscian VI, p. 231 H. Puer, pueri, cujus femininum puera dicebant antiquissimi Livius in Odyssia e. q. s. IV. Charisius I, p. 84, 8 K. Puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci *ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς*, ut in Odyssia vetere, quod est antiquissimum carmen e. q. s. V. Priscian VII, p. 301 H. In us vero terminantia in vocativo etiam in e proferebant antiquissimi, o Virgilie, Mercurie dicentes. Livius Andronicus in Odissia e. q. s.

---

1. Hertzius edidit „virúm mihí Caména — ínsece vérsútum". cf. Corss. de accent. lingu. lat. I. p. 339. cf. Hom. Od. I, 1. 2. Filie Bern. m. alt. Filiae Bern. m. pr. Par., fortasse redintegrandus est hic versus addito régnátor. cf. Hom. Od. I, 45, 81, *ὕπατε κρειόντων*. 3. Mea puera mea puera edd. ante Krehl. supra libri supera conjec. Fleckeis. supra fuit Lugd. supra fuit Amien. Bern subterfugit Hermann. el. doctr. metr. pag. 618. cf. Hom. Od. I, 64. 4. Libri omnes audio. audivi conj. Keil. cf. Hom. Od. I, 64 al. 5. tamen Par. m. pr. et alt. enim reliq. libr. Laertie Par. et Amiens. m. alt. laertiae Par. Amien. m. pr. Halberst. lertie Bamb. Lugd. Carolur. o laertiae Bern. tam ted conj. Fleckeis. de que producta cf. Corss. l. l. I. p. 336. cf. Hom. Od. I, 65.

VI.

Argénteó polúbro et — áureó ex gútto.

VII.

Quae haéc tándem dáps et — quí festús diés est?

VIII.

Meám matrém prócitum — plúrimí venérunt.

IX.

Quandó diés advéniet, — quém profáta Mórta est?

X.

Aut ín Pylúm advéniens — aút ibí omméntans.

XI.

Statímque rémos jússit — réligáre strúppis.

XII.

Ibídemqué vir súmmus — ádprimús Patrícoles.

XIII.

Atqué éscás habeámus — méntiónem . .

VI. Nonius p. 373 Gerl. s. v. Polybrum. Polybrum, quod Graeci *χέρνιβα* nos trullum vocamus. Livius e. q. s. VII. Priscian VII. p. 321. H. In aps unum femininum haec daps, hujus dapis, sed nominativus in usu frequenti non est, quem Livius Andronicus in I. Odissiae ponit. e. q. s. VIII. Paul. Festi. p. 225, 10 M. s. v. procitum. Procitum quum prima syllaba corripitur significat petitum. Livius e. q. s. IX. Gellius III, 16, 11 H. Caesellius Vindex in lectionibus suis antiquis: tria inquit nomina Parcarum sunt, Nona, Decuma, Morta, et versum hunc Livii, antiquissimi poetae ponit ex *Ὀδυσσείᾳ*. e. q. s. X. Festus p. 190 M. Ommentans Livius in Odyssea quum ait. e. q. s. XI. Isidor. origg. XIX, 4. Struppi vincula loro vel lino facta, quibus remi ad scalmos alligantur. De quibus Livius e. q. s. XII. Gellius VI, 7, 11 H. Ad primum autem longe primum L. Livius in Odyssia dicit in hoc versu e. q. s. XIII. Priscian VI, p. 198 H. Primae declinationis femininorum genitivum etiam in as more Graeco solebant antiquissimi terminare — Livius in Odyssia e. q. s.

---

6. Polubro et aureo et glutro Junii edit. 1526. pol. et aureo glutro Jun. edit. 1536. Herm. Bothe; gutto Jun. ed. Antv. 1565 pol. aur. eglutro Mueller in addid. ad Festum. 7. Libri quae haec daps est qui festus dies? cf. Hom. Od. I, 225. 8. Meam omittit. cod. Saturn. versum Hermann. el. doctr. metr. p. 620 ita dimetitur: . . . mátrem prócitum plúrimi venerunt. cf. Hom. Od. I, 248. 9. Advenit quae cod. reg. Mortua pro Morta Laur. Flor. cf. Hom. Od. II, 100. 10. Cod. prius aut omittit. advenies cod. adveniens corr. Scal. Hermann el. doctr. metr. p. 620 post Pylum aliquid excidisse significat. cf. Hom. Od. II, 317. 11. Vulg. Isidori tumque et tuncque. cf. Hom. Od. II, 422. 12. Fleckeis. in epistola crit. ad M. Hertzium data p. 26 sic dimetitur: Ibidémque vír súmmus — cf. Corssen l. l. I, p. 307. cf. Hom. Od. III, 110. 13. Libri habeamus. habeamus conj. Hermann. habebimus Düntzer de vers. Sat. p. 45. aescas Par. Sangall. mentionem habemus Lugd. cf. Hom. Od. 4, 213.

XIV.

Partim érránt nequínont — Gráeciám redíre.

XV.

Sanctá puér Satúrni — fíliá regína.

XVI.

Apúd nympham Átlantís fil — iám Calýpsónem.

XVII.

Igitúr demum Ulixí cor — fríxit práe pavóre.

XVIII.

Utrúm genua ámplóctens — vírginém oráret.

XIX.

Ibí manéns sedéto — dónicúm vidébis
Me cárpentó vehéntem — dómúm venísse paréntis.

XIV. Festus p. 162 M. Nequinont pro nequeunt, ut solinunt, ferinunt pro solent et feriunt dicebant antiqui. Livius in Odyssia e. q. s. XV. Priscian VI, p. 232 H. Puer, pueri, cujus femininum puera dicebant antiquissimi. — Livius in Odyssia e. q. s. XVI. Priscian VI, p. 210 H. In o productam desinentia Graeca sunt feminina et vel Graece declinantur, ut Manto, Mantus etc. Quod autem Jonis et Calypsonis et Didonis dicitur, ostendit hoc etiam Caesellius Vindex in stromateo his verbis: Calypsonem. ita declinatum est apud antiquos. Livius e. q. s. XVII. Serv. ad Vergil. aen. I, 92. Frigore. timore. Nam et Graeci *φοικτὰ* dicunt, quae sunt timenda. Livius in Odyssea e. q. s. XVIII. Diomedes I, p. 384 K. Item vulgo dicimus amplector, veteres immutaverunt amploctor dictitantes, ut Livius in Odyssea e. q. s. XIX. Charisius II, p. 197 K. Donicum pro donec. ita Livius usurpat. e. q. s.

14. Cod. neque nunc. nequinont corr. Urs. nequinunt Scal. cf. Ritschl. in programm. de miliario Popilliano p. 18. Mueller. suppl. Annot. ad. Fest. p. 397. cf. Hom. Od. 4, 495. 15. Regna Amiens. cf. Corssen. l. l. p. 330. Hermann. versum dirimit ..... sáncta puer Saturni filía, regina. cf. Hom. Od. 4, 513. 16. Nympham Halberst. nimeam Sangall. nimeam Carolur. nimiam Lugd. athlantis Bamberg. Amiens. Bern. Calipsonem Halberst. Sangall. Lugd. cf. Hom. Od. IV, 557. V, 14 al. *νυμφης ἐν μεγάροισι Καλυψοῦς, ἡ μιν ἀνάγκη ἴσχει.* 17. Possis etiam cum Hermann. sic dimetiri: — igitur démum Ulíxi Cor fríxit práe pavóre. cf. Hom. Od. V, 297. *καὶ τότ' Ὀδυσσῆος λύτο γούνατα καὶ φίλον ἦτορ.* 18. Utrum in litura Par. m. alt. item amploctens exhibet m. alt. pro amplxteus m. pr. Hermannus sic: ... utrum genua amplectens virginem oraret. cf. Hom. Od. VI, 142. *ἢ γούνων λίσσοιτο λαβὼν εὐώπιδα κούρην.* 19. Ita cum Ritschel. parerg. Plaut. I, p. 28. not. hunc versum redintegrandum esse puto. Libri: me carpento vehentem domum venisse. vehentem Fabric. vehementem Bobiens. Hauptius alterum hemistichion exhibet: in domúm venísse. cf. Hom. Od. VI, 295. *ἔνθα καθεζόμενος μεῖναι χρόνον, εἰς ὅ κεν ἡμεῖς — ἄσυδε ἔλθωμεν καὶ ἱκώμεθα δώματα πατρός.*

XX.

Opús puerárum mánibus — cónfectúm pulchérrime.

XXI.

Simulác lacrimás de óre — noégeó detérsit.

XXII.

. . . . . — . . námque núllum
Pejús macerát homónem — quámde máre sáevum
Virés cui sínt mágnae — tópper cónfríngent
Eás impórtunae úndae —

XXIII.

Mercúrius cúm eóque — fílius Latónas.

XXIV.

. . . . . — . . . nam díva
Monétas fília dócuit —

XX. Priscian VI, p. 213 H. Puer, pueri, cujus femininum puera dicebant antiquissimi. Livius in Odyssia: Mea puera quid verbi ex tuo ore supera fugit. Idem alibi e. q. s. XXI. Festus p. 174, M. s. v. noegeum. Noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura; quidam candidum ac perlucidum, quasi a nauco, quod putamen quorundam pomorum est tenuissimum non sine candore, ut Livius ait in Odyssia e. q. s. XXII. Festus p. 352, M. s. v. topper. Topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, temere. cito, sic in Nelei carmine: topper-hominibus. citius, sic Cn. Naevius: topper capesset flamma Volcani. cito, sic in Odyssea e. q. s. (ita Scalig secutus G. Hermann. l. l. p. 623. cod. sic in eodem, ita ut ad Naevium referantur sequentia.) cf. Vahlen Cn. Naevi de bell. Punic. reliqu. p. 19. XXIII. Priscianus VI, p. 198 H. Ejusdem (i. e. primae) declinationis femininorum genetivum etiam in as more Graeco solebant antiquissimi terminare. Livius in Odyssia e. q. s. XXIV. Priscian ibidem. Ibidem Monetas pro Monetae e. q. s.

---

20. Puerarum Carolur. m. alt. puera m. pr. pulcherrimae Par. pulcerrime Carolur. Opus ex conjectura addidi. Fleckeisenus redintegrandum putat hunc versum addito hercle vel ecce vel simili vocula. cf. Hom. Od. VII, 235. *εἵματ' ἰδοῦσα, τά ῥ' αὐτὴ τεῦξε σὺν ἀμφιπόλοισι γυναιξίν.* 21. Hermann. versum capite mutilum exhibet. cf. Hom. Od. VIII, 88. *δάκρυ' ὀμορξάμενος κεφαλῆς ἄπο φᾶρος ἔλεσκεν.* 22. Cod. habet humanum, viret, unde. homonem corr. Urs. hemonem Hermann. Vires corr. A. Aug. in mg. Urs. undae iidem. Pro sint cod. sunt habet. Eas ex conject. addidi. cf. Muell. suppl. adnot. ad Fest. p. 397. cf. Hom. Od. VIII, 138 *οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι κακώτερον ἄλλο θαλάσσης — ἄνδρα γε συγχεῦαι, εἰ καὶ μάλα καρτερὸς εἴη.* 23. Latinas Amicus. Hermannus alii cum libris cumque eo servant et versum capite truncatum exhibent. cf. Hom. Od. VIII, 322. *ἦλθ' ἐριούνης — Ἑρμείας, ἦλθεν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων.*

XXV.

Nexébant múlta intér se — fléxú nodórum
Dubió . ´ . ´ . —
Nexábant múlta intér se —
Nexábant múlta intér se — fléxú nodórum
Dubió . ´ . ´ . —

XXVI.

Inférus an súperus tíbi fert — déus fúnera Ulíxes.

XXVII.

Toppér faciét homónes — vél verrés vel súeres.

XXVIII.

Toppér ubí ad aédis — vénimus Círcae
Simúl duóna pórtant — ád navés sociórum.
Simúl milia ália in ísdem — íntérserinúntur.

XXIX.

. ´ . ´ . ´ . ´ . — ´ . sic quoque fítum est.

XXV. Priscian IX, p. 469 H. Nexo quoque nexas vel nexis, ut Probo placet, nexui. Vergilius tamen secundum primam protulit conjugationem. Livius vero in Odissia e. q. s. Diomedes I, pag. 369 K. Necto nexui vel nexi. Vergilius e. q. s. Livius in Odyssea e. q. s. Priscian X, p. 538 N. In xo duo inveniuntur o in ui convertentia in praeterito: texo texui et nexo nexis vel nexas nexui. Livius e. q. s. XXVI. Priscian III, p. 96 H. Ut super superus, sic nuper nuperus debet esse. Livius in Odyssea e. q. s. XXVII. Paulus Festi p. 352 M. Topper significare act Artorius cito, fortasse. At in antiquissimis scriptis celeriter ac mature. In Odyssia vetere e. q. s. XXVIII. Pauius Festi, p. 352 M. Topper significare act Artorius cito, fortasse. At in antiquissimus scriptis celeriter ac mature. In Odyssia vetere e. q. s. XXIX. Nonius p. 475, Gerl. s. v. fite. Fite. imperativo modo. Livius Odyssia e. q. s.

---

25. Nexebant Bern. m. att. nexabant Bern. m. pr. Lugd. Par. m. alt. sese Sangall. nodorum eripimus dubio Carolur. Necxabant Par. nectabant Monac. intra se edit. Nexabat Sangall. nexabant ceteri. nudorum Bern. Priscianum utroque loco nexebant legisse Hermannus l. l. p. 622 cognovit; Diomedis contra sententiarum connexu docemur aut „nexuerant legendum esse aut nexerant.“ Quare Diomedis locum ita emendaverim ut aut Nexúerant múlta intér se — fléxú nodórum aut Postquám flexú nodórum — néxeránt intér se — Multá ad sequentia transitum fecisse credantur. 26. An add. Par. m. alt. ulyxes Halberst. versum Saturnium constituit Corssen origg. p. 202. idem metrum agnoverat G. Hermann. qui comparat Hom. Od. X, 64; ad XI, 135 Duentzer refert de vers. Sat. heroum versum esse primus Merula censuit. 27. Cod. habet topper facit homines utrius fuerint. Faciet corr. Hermann. doctr. metr. p. 624. veris sueris ex utrius fuerint effec. Scal. cf. Hom. Od. X, 432. *Κίρκης ἐς μέγαρον καταβήμεναι, ἥκεν ἅπαντας — ἦ σῦς ἠὲ λύκους ποιήσεται ἠὲ λέοντας.* 28. Cod. habet: topper citi ad aedis venimus Circae, simul duona eorum portant ad navis. Milia alia in isdem inserinuntur. Scal. et Herm. duonorum quod conjungunt cum milia. Mueller coram pro eorum. de tertio versu cf. Ritschl. de miliar. Popil. p. 18. 29. Libri: fit quoque fitum est. sic quoque fitum est Herm. prob. Duentz. cf. Hom. Od. 13, 40.

XXX.

Parcéntes práemodúm —

XXXI.

Quoniám audívi, paúcis — gávisí . . .

XXXII.

. . . . . véstis — púlla púrpurea ámpla.

XXXIII.

Cum sócios nostrós man — dísset ímpius Cíclops.

XXXIV.

At céler hásta voláns per — rúmpit péctora férro.

XXXV.

Carnís vinúmque quód li — bábant ánclabátur.

XXXVI.

Jam in áltum expúlsa líntre —

XXXVII.

Aurátáe vagínae, — báltea áuráta
Illís eránt . . . —

XXX. Gellius VI, 7. 12 H. Idem Livius in Odyssia praemodum dicit, quasi admodum. Parcentes, inquit, praemodum, quod significat supra modum, dictumque est quasi praeter modum, in quo scilicet prima syllaba acui debebit e. q. s. XXXI. Priscian IX, 47 p. 482 H. Au ante deo habentia per participium in praeterito declinantur nunc: audeo, ausus sum, gaudeo, gavisus sum; vetustissimi tamen et ausi pro ausus sum et gavisi pro gavisus sum protulerunt. Livius in Odissia e. q. s. XXXII. Nonius s. v. pullum p. 368, 25. Pullum. non album. Titus Livius e. q. s. XXXIII. Priscian VIII, 60 p. 419 H. Mando, mandis: ejus praeteritum perfectum quidem alii mandui, alii mandidi esse voluerunt. Livius tamen in Odissia e. q. s. XXXIV. Priscian VII, 57 p. 335 H. Hic et haec celer vel celeris et hoc celere ab hoc et ab hac celeri. Livius in Odissia e. q. s. XXXV. Priscian VI, 14 p. 205 H. In o correptam Latina sunt et si feminina fuerint g vel d antecedentibus mutant o in i et accepta nis faciunt genetivum; alia vero omnia producunt o in genetivo. Excipitur caro femininum carnis; vetustissimi tamen etiam nominativum haec carnis proferebant, qui magis rationabilis est ad genetivum. Livius Andronicus in Odyssia e. q. s. XXXVI. Priscian V, 16 p. 151 H. In er desinentia tertiae declinationis masculina sunt, exceptis duobus, quae ipsa natura defendit feminino generi mater et mulier, (linter quoque, quod apud Graecos masculinum est, ὁ λουτήρ apud nostros femininum est. Livius in VI e. q. s. XXXVII. Nonius, p. 132, G. s. v. balteus. Balteus masculini generis. Livius lib. VIIII e. q. s.

---

30. cf. Hom. Od. 14, 92. 31. Audivit Bamberg. cf. Hom. Od. 16, 92. 32 cf. Hertz. de Gellio et. Non. Marcello p. 709. cf. Hom. Od. XIX, 225. χλαῖναν πορφυρέην οὖλην ἔχε δῖος Ὀδυσσεύς·
o
33. Sociis Par. m. pr. et alt. cymbius Par m. alt. cyclops Par. Bamb. Bern. Halberst. Carolur. ceclops Lugd. cf. Hom. Od. 20, 19. 34. At Carolur. m. alt. ad Lugd. Carolur. m. pr. adceler Sangall. celeris Herm. l. l. p. 627. hasta Par. asta Bern. Halberst. cf. Hom. Od. 22, 82. 35. Libant Lugd. ante anclabatur. cf. Corssen. l. l. II, 420. cf. Hom. Od. 23, 304. 36. Expulsam lintrem Amiens. lyntre Bern. Halberst. 37. cf. Hertz. de Gellio et Non. Marcell. p. 710.

Schulnachrichten.

1. Verfügungen des Königl. Hochlöbl. Provinzial-Schulcollegiums.

1863. 14. April. Schall „vollständiger Leitfaden zum ersten allgemeinen Elementarunterricht im freien Handzeichnen“ wird empfohlen.

29. Juni. Band II. der Scriptores rerum Prussicarum, von Hirsch, Toeppen und Strehlke herausgegeben, wird für die Bibliothek des Gymnasiums übersandt.

11. August. Eine Ministerialverfügung, betreffend die Beschäftigung und Anstellung von Civilanwärtern im Postdienst, wird mitgetheilt. Von jetzt ab sollen

1. Post-Eleven nur auf Grund eines Maturitätszeugnisses an einem Gymnasium oder einer Realschule erster Ordnung,
2. Post-Expedienten-Anwärter nur nach mindestens einjährigem Besuch der Secunda eines Gymnasiums oder einer Realschule erster Ordnung in allen Lehrgegenständen, oder nach mindestens einjährigem Besuch der Prima einer Realschule zweiter Ordnung in allen Lehrgegenständen,
3. Post-Expeditions-Gehülfen nur bei nachgewiesener Reife für die Secunda eines Gymnasiums oder einer Realschule erster oder zweiter Ordnung angenommen werden.

31. October. Das neue Reglement für den Unterricht im Zeichnen an Gymnasien und Realschulen wird mitgetheilt.

31. December. Eine Ministerialverfügung, betreffend die Berechtigung zum einjährigen Freiwilligendienste, wird mitgetheilt.

Für die Bibliothek des Gymnasiums hat der Director der Staatsarchive, Herr Geheime-Ober-Archivrath Dr. von Lancizolle, „Klempin und Bratz Matrikeln und Verzeichnisse der pommerschen Ritterschaft Berlin 1863“ übersandt, wofür ich, wie für den oben erwähnten zweiten Band der Scriptores rerum Prussicarum, ehrerbietigst im Namen der Schule danke.

II. Frequenz der Schule.

Sommer:			Winter:		
Prima	29	Schüler.	Prima	37	Schüler.
Secunda	34	„	Secunda	27	„
Ober-Tertia	26	„	Ober-Tertia	31	„
Unter-Tertia	43	„	Unter-Tertia	41	„
Quarta	40	„	Quarta	41	„
Quinta	34	„	Quinta	38	„
Sexta	54	„	Sexta	52	„
überhaupt	260	Schüler.	überhaupt	267	Schüler.

Die Vorbereitungsklasse zählt jetzt 24 Schüler.

III. Lehrverfassung.

Im verflossenen Schuljahre sind gelesen worden:

1. Im Lateinischen:
   in Prima: Cicero's Reden pro Murena und pro Flacco, das erste Buch der Tusculanen, mehrere Bücher von Tacitus Annalen, Quintilian lib. X., Horaz Oden I—III. und vier Satiren des ersten Buches;
   in Secunda: Cicero de Senectute und die Rede pro Ligario, Livius erstes Buch und der Anfang des zweiten Buches, Virgils Aeneide Buch VII—IX.;
   in Ober-Tertia: Curtius Buch III. und IV. und ausgewählte Stücke aus den Metamorphosen des Ovid;
   in Unter-Tertia: Caesars gallischer Krieg, Buch IV—VI. und Abschnitte aus Siebelis Tirocinium;
   in Quarta: Biographieen des Nepos und Abschnitte aus Siebelis.
2. Im Griechischen:
   in Prima: Plato's Laches und Protagoras, Sophocles Electra und Trachinierinnen und Euripides Iphigenie in Tauris. Cursorisch die erste Hälfte der Ilias;
   in Secunda: Lysias ausgewählte Reden und Herodot Buch VII.; ausserdem die erste Hälfte der Odyssee;
   in Ober-Tertia: Xenophons Anabasis Buch V. und ein Stück von Buch VI., dann Buch II., von der Odyssee das neunte Buch;
   in Unter-Tertia: Jacobs und das erste Buch der Anabasis.
3. Im Französischen:
   in Prima: le Diplomate von Scribe und Laharpe Discours;
   in Secunda: die Genfer Novellen von Töpfer;
   in Ober-Tertia: Abschnitte aus Charles XII.;
   in Unter-Tertia: Ploetz Lectures choisies.
4. Im Hebräischen:
   in Prima: ausgewählte Psalmen und Theile der Genesis.

IV. Chronik des Gymnasiums.

Im Lehrercollegium haben im Laufe dieses Schuljahres keine Veränderungen stattgefunden.

Zu Michaelis 1863 und zu Ostern 1864 haben unter dem Vorsitz des Herrn Provinzial-Schulraths Dr. Wehrmann Prüfungen von Abiturienten stattgefunden, bei denen sämmtliche Geprüfte das Zeugnisz der Reife erhielten.

Es wurden zu Michaelis entlassen:

Philipp Ludwig Robert Zoeller, Sohn des Herrn Superintendenten Zoeller zu Wollin. Er studirt in Berlin Philologie.

Adolf Karl Eduard Korschefsky, Sohn eines verstorbenen Secretairs bei der Königl. General-Commission zu Stargard. Er hat die militairische Laufbahn gewählt.

Johann Ferdinand Heinrich Goetsch, Sohn eines hiesigen Ackerbürgers. Er studirt in Berlin Theologie.

Jetzt verlassen das Gymnasium:

Theodor Christian Ludwig Ernst Pufahl, Sohn eines Apothekers in Schlawe. Er wird in Berlin Jura studiren.

Karl Maria Oscar von Parpart, Sohn eines verstorbenen Regierungsrathes in Trier. Er hat die militärische Laufbahn gewählt.

August Robert Bertold Rodenwaldt, Sohn eines Mühlenbesitzers in der Nähe von Plathe. Er wird in Berlin Theologie und Philologie studiren.

Karl Emil Friedrich Springstubbe, Sohn eines hiesigen Zimmermanns. Er wird in Halle Theologie studiren.

Die Aufgaben für die vorletzte Maturitätsprüfung waren:

Lateinischer Aufsatz: Quid post cladem Cannensem labantem iam rem Romanam sustinuerit.

Deutscher Aufsatz: Welche Verhältnisse waren dem Fortschritt der Reformation in Deutschland günstig?

Mathematische Aufgaben:

a) Welche Jahreszahl im jetzigen Jahrhundert hat zur goldenen Zahl 17 und zur Römerzinszahl 13?

b) Vier Zahlen stehen in arithmetischer Proportion. Ihre Summe ist = 32 und die Summe ihrer Quadrate = 276. Wie heiszen die Zahlen?

c) $\operatorname{tg} \alpha + \operatorname{tg} \beta = a$
$\operatorname{cotg} \alpha + \operatorname{cotg} \beta = b$
Wie grosz ist $\operatorname{tg} \alpha$ und $\operatorname{tg} \beta$, und wie grosz α und β, wenn $a = 1^7/_{12}$ und $b = 2^8/_{15}$?

d) Ein Dreieck zu zeichnen aus dem Radius des umschriebenen Kreises, der Höhe zu einer Seite und der Differenz der Gegenwinkel der beiden andern Seiten.

Die Aufgaben für die letzte Maturitätsprüfung waren:

Lateinischer Aufsatz: de caussis bellorum Persicorum.

Deutscher Aufsatz: Deutschlands Herrlichkeit im Zeitalter der Hohenstaufen.

Mathematik:

a) Auf einem der beiden Schenkel eines Winkels $\alpha = 36^0\,48',\,7,\,8''$, ist ein Stück $\alpha = 0{,}814326$ abgeschnitten; wenn man dies Stück auf den andern Schenkel projicirt, die Projection wieder auf den ersten Schenkel und so fort jede Projection immer wieder auf den andern Schenkel, wie grosz ist die Summe von α und allen Projectionen?

b) Bei einer Vorstellung, die eine Schauspielergesellschaft gab, befanden sich auf dem ersten Platz so viel Personen, als das Eintrittsgeld in Pfennigen betrug; das Eintrittsgeld auf den zweiten Platz war um $2^1/_2$ Sgr. billiger, daher kam es, dasz auf dem zweiten Platze 5 Thlr. weniger eingenommen wurden, obwohl 15 Personen mehr auf diesem Platze waren. Wie viel Personen waren auf jedem Platze und wie viel betrug das Eintrittsgeld?

c) Wie grosz ist das Stück der Höhe h eines Dreiecks vom Scheitel des Winkels bis zum Durchschnittspunkte mit den beiden andern Höhen, aus dem Winkel und seiner Gegenseite berechnet?

d) Von einem graden Cylinder ist die Oberfläche = a und auszerdem die Summe von Cylinderhöhe und Durchmesser des Grundkreises = b gegeben. Man soll den Radius des Grundkreises, die Höhe und das Volumen des Cylinders ausrechnen.

(Die Aufgaben der Michaelisprüfung ist die Direction augenblicklich auszer Stande mitzutheilen.)

Wie früher haben auch in diesem Schuljahre Lehrer und Schüler gemeinschaftlich aus der Hand des Herrn Superintendenten Henckel zweimal das heilige Abendmahl empfangen.

Zur Nachfeier des 18. Octobers hielt am 19. October der Herr College Riemann eine Ansprache an die Schüler, in welcher er diesen den Geist bezeichnete, in welchem und durch welchen die Befreiung des Vaterlands durchgeführt worden ist, und sie ermahnte, diesen Geist in sich lebendig zu halten.

V. Prüfung der Klassen und Redeactus.

Sonnabend, den 19. März, Vormittags von 8—12 Uhr.

Choral und Gebet.

Quarta: Latein, Herr Prediger Hilliger.
Geschichte, Herr Dr. Domke.
Französisch, Herr Dr. Stürzebein.

Quinta: Latein, Herr Dr. Günther.
Rechnen, Herr Todt.

Sexta: Latein, Herr Todt.
Geographie, Herr Dr. Stürzebein.

Vorbereitungsklasse: Deutsch, Herr Beister.
Geographie, Herr Beister.

Montag, den 21. März, Vormittags von 8—12 Uhr.

Prima: Horaz Satiren, der Director.
Euripides, der Director.

Secunda: Virgil, Herr Dr. Günther.
Herodot, Herr Professor Dr. Pitann.

Ober-Tertia: Mathematik, Herr Subrector Dietrich.
Homer, Herr Conrector Riemann.

Unter-Tertia: Mathematik, Herr Dr. Domke.
Caesar, Herr Dr. Schmidt.

Prima: Geschichte, Herr Conrector Riemann.

Am Montag, den 21. März, Nachmittags 3 Uhr, findet in der Aula des Gymnasiums der öffentliche Redeactus statt.

Es declamiren

aus der Vorbereitungsklasse:

Blumenthal, Timm, Grundmann und Sydow: „Der Schulgang“ von Castelli.
Fliesz: „Mittwoch Nachmittag“ von Karl Fröhlich.

aus Sexta:

Fritz Schmeling: „Siegfrieds Schwert“ von Uhland.
Felix Campe: „Maley und Malone“ von Kopisch.
Eugen von Marwitz: „Das grüne Thier und der Naturkenner“ von Kopisch.

aus Quinta:

Brüstlein: „Von des Kaisers Bart“ von Geibel.
Liesener: „Hans Euler“ von Seidl.
Melms: „Die Weissagung“ von Oebecke.

aus Quarta:
Ernst von Wedell: „Der Reiter und der Bodensee“ von Schwab.
Anton Cleve: „Das Amen der Steine“ von Kosegarten.
aus Unter-Tertia:
Grawitz: „Graf Richard ohne Furcht“ von Uhland.
von Woyna: „Der Schenk von Limburg“ von Uhland.
Puchstein: „Die Schlacht bei Leipzig“ von E. M. Arndt.
aus Ober-Tertia:
Karl Nemitz: „Junker Rechberger“ von Uhland.
Benoit: „De Peerdkur“ von Reuter.
Golde: Aus Schillers Glocke „Wohlthätig ist des Feuers Macht“.
aus Secunda:
Max von Parpart und Wangerin: Scene aus Wallensteins Tod.
Krause, Paul Fischer, Hell, Zedelt und Dümmel: Scene aus Wallensteins Lager.
Neitzel: Spring is coming von James Nack.
aus Prima treten mit Reden auf:
der Abiturient Pufahl: „De Romanorum ingenio ac moribus“.
der Abiturient Oskar von Parpart über folgende Worte Goethe's:

Laszt uns unablässig streben
Uns vom Halben zu entwöhnen
Und im Ganzen, Guten, Schönen
Resolut zu leben.

der Abiturient Rodenwaldt über: Max von Schenkendorf.
der Abiturient Springstubbe: Demosthenes, verum patriae amoris ac libertatis exemplum.
Bosselmann: „Was vereint Freunde und hält sie vereinigt?“
Puchstein: „Graecos de omni humanitate bene meruisse“.

Zwischen diesen Reden und Declamationen wird der Chor unter Leitung des Lehrers Herrn Todt Gesangstücke vortragen.

Schlieszlich wird der Director die Abiturienten entlassen und auf die am nächsten Tage folgende Geburtstagsfeier Sr. Majestät des Königs vorbereitend hinweisen.

Der beschränkte Raum der Aula gestattet nicht, dasz Kinder, welche noch nicht eingesegnet sind, zu dem Redeactus mitgebracht werden.

Am Dienstag, den 22. März, 8 Uhr, wird das Schuljahr mit der Austheilung der Censuren und der Bekanntmachung der Versetzungen geschlossen.

Das neue Schuljahr beginnt Dienstag, den 5. April, Morgens 8 Uhr, mit einer feierlichen Schulversammlung.

Behufs der Prüfung neu aufzunehmender Schüler bin ich vom 3. April an in den Vormittagsstunden zu sprechen.

Dr. Campe,
Director.

Die Vertheilung der Lectionen an die einzelnen Lehrer weist für den Winter die folgende Tabelle nach:

Lehrer.	Ord.	Prima.	Secunda.	Obertertia.	Untertertia.	Quarta.	Quinta.	Sexta.	
Prof. Dr. Campe, Director.	I	8 Latein 3 Deutsch 3 Griechisch							
Prof. Dr. Pitann, Prorector.	II	3 Griechisch 2 Hebräisch	8 Latein 6 Griechisch						
Riemann, Conrector.	III A.	3 Geschichte	3 Geschichte 2 Deutsch	8 Latein 6 Griechisch					
Dietrich, Subrector.		4 Mathem. 2 Physik	4 Mathem. 1 Physik	3 Mathem. 2 Naturkunde	2 Naturkunde		2 Naturbeschr. 2 Geographie		
Hilliger, ord. Lehrer u. Prediger.	IV	2 Religion	2 Religion			2 Religion 10 Latein 6 Griechisch			
Dr. Schmidt, 2. ord. Lehrer.	III B.			2 Latein 2 Französisch	10 Latein 2 Deutsch 2 Französisch 3 Geschichte				
Dr. Günther, 3. ord. Lehrer.	V		2 Latein		6 Griechisch		10 Latein 3 Deutsch		
Todt, Gymn.-Lehrer.	VI					2 Zeichnen	2 Zeichnen 3 Schreiben 3 Rechnen	2 Zeichnen 3 Schreiben 4 Rechnen 10 Latein	3 Singen
Dr. Domke, 1. Collabor.		2 Französich 2 Englisch	2 Französisch 2 Englisch	2 Deutsch 3 Geschichte	3 Mathem.	3 Mathem. 3 Geschichte			
Dr. Stürzebein, 2. Collabor.			2 Hebräisch	2 Religion	2 Religion	2 Deutsch 2 Französisch	3 Religion 3 Französisch	3 Religion 3 Deutsch 2 Geographie	
Beister, Lehrer der Vorb.-Klasse.								2 Naturbeschr.	1 Singen